



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Manna Animæ Sev Exercitium Facile Simul Et Fructuosum Illis, Qui Quoquo Modo Vacare Orationi Desiderant**

**Segneri, Paolo**

**Dilingæ, 1699**

XVI. Fideles in dilectione aquiescent illi. Sap. 3. 9.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48281)

*evadet durus.* Eccl. 30. 8. At cum is aliquandiu assuêrit freno, nihil admodum superest laboris. Eadem voluntatis est ratio. Nam cum ista ad-

verrit se non posse, quod petit, consequi, nihil demum petit, nisi quod consequi possit.

\* \* \*

## XVI.

*Fideles in dilectione aquietescent illi. Sap. 3. 9.*

1. Considera, verum signum cognoscendi, utrum Dominus fideliter ametur, hoc esse, quod cum ejus Divinâ voluntate contentias. Facile est amare, cum ille nobis obsequitur: *Aquietescent nobis*, sanitatem servat, gloriam largitur, nos extollit, aut certe varijs pascit Spiritûs solatijs. Hoc est aliquid, amare ipsam, cum oportet *Aquietescere nos illi*, pati infirmitatem, contemptum, & incommoda tolerare, desolationes etiam perpetuas sustinere. Et hæc sanè est voluntas ejus, ut nunquam desit nobis materia patien- di, nec aliud genuino sensu & idioma- te postulamus, cum dicimus: *Fiat vo- luntas tua.* Ejus enim voluntas est, ut Sancti simus: *Hæc est voluntas DEI sanctificatio vestra.* Nec quâquam aliâ viâ sanctitatem consequatur nisi pa- tiendo: *Omnes, qui placuerunt DEO, per multas tribulationes transferunt fi- deles.* Judit. 5.

2. Considera huic consensum val- de perfectum esse oportere. Unde *Aquietescentia* vocatur. Non quod pars nostra etiam inferior quieta esse

debeat, sed quia quiescere debet supe- rior: quiescere voluntas, quiescere etiam intellectus. In multis satis promptè voluntas aquietescent, sed non ita intellectus: quia interdum satis di- ficile videtur in hunc modum tractari à DEO, nec persuadere sibi possunt, nihil melius accidere ipsis posse, quam quod accidit. Si tu sic agis, non om- mino aquietescis; nec est, cur tibi blan- diaris: *Fidelis non es: Fideles in di- lectione aquietescent illi.*

3. Considera hanc plenam confor- mationem cum voluntate Divinâ esse, quæ præ omnibus tribuit quietem a- nimæ. Unde qui se conformat, a- quietescere dicitur. Aded, ut si volun- tatem Domini, aut qui ejus loco te gubernat, detorquere ad te velis, nun- quam quietus futurus sis. Tunc a- quietescis, cum permiseris, ut Dominus, vel qui ejus loco tibi præest, ad se per- trahat voluntatem tuam. Itaque te tandem aliquando totum ejus arbitrio permitte: *Aquietesce igitur ei, dicam tibi cum Job, & habeto pacem.*

C. 22. 25.

